

# Notes du mont Royal




[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

LVCIANI SOPHISTÆ ORATIO IN CALVM-  
NIAM, A PHILIPPO MELANCH-  
THONE LATINA  
FACTA.

8.



D. FRIDERICO SAXONIAE PRINCIPI ELECTORI.

ILLVSTRISS, PRINCIPI AC DOMINO D, FRIDERICO,  
RO, IMP, HYPERIPPARCHO, ELECTORI, SAX,  
ONIAE DVCI, MARCHIONI MYSIAE,  
PRAESIDI PROVINCIAE TY-  
RINGIAE · PHILIPPVS  
MELANCHTHON,  
S.D,

**V**Ere ac sapienter æstimauerit maiores nostri,  
atq; adeo consensu mirabili , si qua modo cœ-  
leberrimarū gentiū literis fides est habenda,  
Deorū immortalium exempla & simulachra in  
terris reges agere , ueracissima quidē , qui ani-  
mi uirtute , deum sint quā maxime similes.  
quando quidē , & reliquo hominū uulgo per-  
suasum est , uirtute diuinitatem cōparari . Quanto magis illud  
de Regibus dicere fas est , per quos , ueluti suos interpres , au-  
toritate , iure , ac legibus , cōmuni mortaliū generi , uirtutē suę  
peri cōmendatā publice uolunt . Quo ordine , si quisquā e Ger-  
maniae Principib⁹ recte censeri potest inter primos , tu sane circa  
cōtroversiam omnē , Opt. Princ. Friderice , tanto p̄fertas orib⁹  
interuallo , quanto maiora sunt egregiis aliorū facinoribus , que  
uel publice in universo Germanico imperio , uel priuatim in di-  
tione tua perpetua quadam fœlicitate , & plante quod aiunt , dī-  
nina uirgula , geris . Quis enim non summa putet ea , quibus tot  
modis humano generi cōmodatur ? Atq; cum fere ita res habe-  
ant , ut bellicā gloriā primo loco Principes alii dignentur · tu  
pro sapientia tua , nusquam nō primas studiis pacis , hoc est , pi-  
erati , clementiæ , literis prouehendis , corrigendis populi mo-  
ribus , seruādis maiorū bonis institutis , dare soles . In hæc , ut ni-  
hil foedum , crudele , barbarū , cruentum intercidit , ita nemo  
est ex omni uulgo , qui non aliqua ex parte iuuetur . Adeo satius  
est , Solonem , aut Aristodenem , aut Catonem , quam uesperos

Philippos, Alexandros, Julios, agere. Hæ uero laudes, quāq; pro-  
priæ tux sunt, nempe virtuti tux debitæ, tñ haud temere vide-  
ri possunt fato, & singulari quadam benignitate superū, per te  
in Saxonici nomen transfusæ, ut quanta olim hæc ditio armis  
fuerit, tanta modo retū ciuilium cultu spectetur. Nam si me-  
moria repeat⁹ omniū Germanicorū Principū eximia belli de-  
cora, post extintos Carolos, post fractū luxu Franeum, non  
memorantur aliorū alia maiora, quam sint illa, uestra familiae.  
Nam, turbato undiq; seditionibus Imperio Ro, Henricus Saxo  
Cæsar designatus, Germaniā pacauit in ipso statim regni sui ue-  
stibulo. Adobritos & Nortmānos in Christi nomē ac sacra tra-  
xit. Verum hic, nescio, plus ne gloriæ, e sua virtute, ame fili⁹  
Othonis Magni nomine referat. Is Hungaros, dein Italianam ty-  
rannide Berengariorum oppressam recepit, a Berengariis uictis  
mira & insolita clementia manū abstinuit. Vrbis Romæ, & sce-  
leratas Pōtificiæ sedis turbas, composuit. Otho secundus, Sicu-  
los Appulosq; armis pressit, &, quo nō aliud illustri⁹, a Ro. Imp.  
fieri potuit, illa ipsa urbe Roma, omniū gentiū domina, pro  
familiari ac patria aula usus est. Horum tu nimiriū, ut reliquos  
maiores tuos taceam, æmulatus gloriam deinde, multo etiam  
foeliore negocio, Saxonas euehis. instaurantur urbes ædificiis,  
muniuntur operibus arcis, iuræ sua ciuitates emendant ac resti-  
tuunt. sacra, cura & religione summa coluntur, augentur sa-  
cerdotia, Monasteria plaraq; noua conduntur, alia uetus &  
prope collapsa, instauratur. Deniq; quod ad pietatem, moresq;  
bonos apprime necessarium est, bona literæ fouentur, ac mire  
coalescunt. Exterarū gentium lingua, sine quibus, & manca est  
Philosophia, & omnino res Theologica tractari syncæriter nō  
potest, leguntur. Hæc tibi fæliciss, heros, omnia debet, hoc ego  
item nomine priuatim tibi ωντακλει τονσαχετα sum obno-  
xius. Proide, Luciani orationē qua calumniā εξορπάζε e græca  
latinam factam, nomini Cels. T. inscribo ac dico, primitias flu-  
diorum, quæ in Vuittenbergam tuam conferimus. Quanquā

& hoc in causa erat, quod titulis tuis libellū prodire in vulgo  
uoluerim, q̄ tibi mansuetissimo & æqui seruantissimo Princi-  
pi gratiū uidebar facturus, Calumniæ προταλαυσμω. Quod ui-  
cium pestilentis, non potes non acerbe odire. Ut enim iusticia  
proxime sedem Louis appetet, hoc est, prima & summa rei pub-  
licæ administrandæ ratio est, ira nihil a conseruanda ciuitate  
longius esse semotū iniusticia debet. Ita uero cum iniusticia Ca-  
lumnia conuenit, ut non aliunde grauiora scelerā, deinde fami-  
lores clades, quam ex illa, nascantur. Vnde ac Vale illus, Princeps,  
& hoc qualemque est studium nostrū, pro singulari tua bonitate  
proba. Ita enim fiet, ut post hac gratia fretus tua, maiora medio-  
raq̄sum conatur. Vuittebergæ, Mensis Septembri. Anno M.D.XVIII.

LUCIANI SAMOSATENSIS SOPHISTAE ORATIO, LA-  
TINE REDDITA A PHILIPPO MELA:  
**C**alumniæ non esse temere credendum.

Ignorantia



Erniciosa res ignorantia est, & variis modis  
noxia mortalibus, non solum cōmuni ho-  
minum uitæ tenebras quasdam offundere, ac  
ueri cognitionem oblitterare solita, sed priu-  
atas quoq; singulorū ratiōes miscens ac perver-  
bans. Quo sit, ut perinde atq; qui in tenebris  
errant, immo haud aliter quā cæci, iam huc,  
iam illuc impingamus. Quod haud procul nobis & ante pedes  
est situm, non uidemus. Formido est iis capi, a quibus etiam  
quam longiss, absimus. Deniq; i rebus humanis nihil tam fau-  
ste ac fœliciter agitur, quod non error aliquis interpollet. Hinc  
sunt innumeræ illæ tragicæ clades, fata Labdacidarū ac Pelo-  
pidum, aliae item aliorū calamitates. fere enim, quidquid ma-  
lorum scænæ ac pulpita clamāt, ab ignorātia seu Tragico deo,  
compositum pfiscit. Illa uero, cum alias potest plurimum,  
nam noxia est immodice, si quando in Calumnias familiæ,

& mutua inter se amicorum crimina incidit. Quibus solent, & in- Quātū ma-  
testinis dissidiis res domesticæ, & odiis ciuilibus urbes, fundit⁹ lum Calū-  
cueri, In natos s̄avire parentes, nati parentib, insidiari, frater nia.  
fratri, amans amanti, amicus item ab amico diuelli. Turbari  
demū om̄ia calūniæ uafricia. Itaq, quo pacto caueri facile pos-  
fit, & qualis nam sit Calumnia, unde originē trahat, quan-  
tum fere efficiat, hac oratione, uelut in tabella depingam. Por-  
ro quam eius imaginem subiiciam, Apelli Ephelio pictori ac-  
ceptam refero dicatam, quom is apud Ptolemaeū regem con-  
iurationis, quæ in Tyro: authore Theodora facta est, insimula-  
tus esset. quanq neḡ Tyrum uiderat unquam, neḡ Theodo-  
ram nouerat, nisi quantum fama accepit, eum Ptolemai præ-  
fectum Phoenicen administrare. Verum Antiphilus quidā artis,  
gratiæq Apelleæ æmulus, illum apud regē coniurationis Tyriæ  
reum fecit, cum Theodora Principe factionis uisum familiariter  
congrede, conuiuari, secreto item & in auriculam inter cō-  
uiuandū colloq, Paulo post, & defecisse Tyrum, & Pelusium Apel-  
lis consilio occupatū esse. Tum Prolemaeū præter modum, cū De Ptole-  
& alias nō satis animi compos esset, assentatione insuper tyran-  
nica fractus, adeo excanduit, adeo admiratiō Calumnia per-  
citus est, ut coniecturis quæ cauissæ fidem, aut facerent, aut mi-  
nuerent, neglectis, non animaduerterit Caluniatorē Apelleæ  
artis æmulū esse dein fortuna minori Apellem, quam ut Pelu-  
sium prodere posset hunc item beneficiis regiis plus cæteris pi-  
ctoribus austum. Neḡ interim percontatus, num aliquando il-  
lae in Tyrios nauigasset. Quin statim plectendus uidebatur. Re-  
giā tumultu insolito Rex perturbat, Apellen perfidum, in-  
gratum, reum uiolata maiestatis, insidiatorem, coniura-  
tum, clamat. Ac n̄isi quispiam e sociis coniurationis, qui capti  
tenebantur, & audax Antiphili scelus stomachatus, & infelicitis  
Apellis misertus, nihil ei cōmune cum sediciofis fuisse pro-  
basset, dubio procul Tyriorum malorum pœnam capite mul-  
zatus soluisset, etiam si nihil sibi male conscius. Ptolemaeū igi-

De Ptole-  
mai primi  
seuicia uide  
Iusti:

tur collecto animo sententiam mutauit, Apelles donavit talkis centum, addito in seruitutem Antiphilo Caluniatore. Apelles contra periculi memor, tali est imagine calumniā ultus. Ad Calumniæ dextram considerat quispiam aurib, prælongis insignis, quales simulachrū re illæ Midæ feruntur. Manum porrigit procul accedenti Calumniæ. Circūstant eum mulierculæ duæ, ignorantia, ni fallor, ac suspicio. Adit aliunde propera calumnia eximie compta, uult ipso & gestu corporis efferam rabiem, & iram astuanti conceptam pectore pœ se ferens, sinistra facem tenens flamminuom, dextra secum adolescentem capillis prehensum, manus ad superos tendente, obtestantemq; immortaliū Deorū fidem, rapit. Ante it uir pallidus, in speciem impurus, acie oculorum minime hebeti, cæterum plane iis similis, qui sōntico aliquo morbo contabuerūt. Hunc facile coniicias liuorem esse. Quin, & mulierculæ aliquot Calumniam sequuntur comites, quanum est munus, dominā hortari, instruere, comere. interpres pictur aiebat insidias ac fallaciam esse. A tergo, lugubri habitu, pullata laceraq; pœnitentia subsequitur, quæ capite in tergū defexo, cū Veritas té lacrumis ac pudore procul uenientem ueritatem excipit. Hac poris filia, Apelles tabula casus suos lusit. Iam & nos, si uidetur, Ephelii ideo lente pictoris exemplo, recensemus Calumniæ rationes. Principio subsequitur nobis effigianda est & explicanda finitione quadam, quæ uice Quid Calū eiconis fuerit. Est enim Calumnia, delatio ementita odio, danū. culum reo, calumniatori credita, delato ad respondendū ac refellendum non admisso. Quæ definitio personis, perinde aq; Comicū argumentū, tribus constat, delatore, delato, & auditore calumniæ. Singulorum partibus defungemur hanc asturi fabulam. omniū, si lubet, primū producamus in mediū, atque Qui uir calumniator. principem, & quasi præsulorem, autorem Calumniæ. Is quem minime bonus uir sit, ignorat nemo. Negetur quicquid uir bonus amico damnum dare caussatur. Nam boni viri est, hominū sibi animos conciliare studio bene merendi de amicis, ne utquam inimicis criminandis. Vnde haud incommo-

de colliges, iniustū, sceleratum, implum in summa, damno in  
credibili rebus cōmuniib, calumniatorē esse. Nam quis est, cui  
non uidetur in uniuersum iusticæ pensum æqualitas, & quod Aequalitas,  
aiunt, NE Q VID NIMIS? Inæqualitas item, & quod nimium  
est, iniusticæ? Qui uero clāculum absentem insectatur, æqua-  
litatis metas egreditur quippe, auditorem sibi totū adserit, au-  
ges eius ante uortit, obstruit, & iniuias responsura, calumniis  
referat, efficit. Ea sane extrema est iniuria, uel optimorū legum-  
latorū iudicio Solonis & Dracōis, q iureiurādo Senatū Atheniē/  
sem adstrinxere, ut pari benignitate gratiaq, tā reum quā actore  
Iudex audiat, dū alterius causam honestiore intelligat. Scelestū  
& crudele iudiciū esse, si qd statuas antea, quā cū accusatiōē cōpa-  
kata sit defensio. Ad hāc, sibi male ppicios deos reddūt iudices  
isti, qui cum accusanti aures libere indulserint, reo denegant.  
aut præstigii capti delatoriis, missitantes condemnant. Tantū  
a iusto, æquo, bono, legibus, & iureiurando, Senatus bene cō-  
stitutæ ciuitatis calumnia discrepat. Iam, si cui dubiæ fidei legū  
conditores uidentur, quorum decreta commonent, iusticia, nō  
studio partium iudicare, is longe optimi poetae impendio sci-  
tam sententiam, immo uero legem sacra sanctam, audiat.  
Nec nisi librato diximat sentētia litem.

Parte quid ex utraq queat, examine cauſa.

Nimirum, uates intelligebat, ex omnib, nullam esse, neg-  
grauiorem, neq; audaciorem iniuriā, quam indicta cauſa  
quenq; mortalium damnare. Id uero ex omni parte Calum-  
niator molitur, uti cum furore ac uerordia hominis corā quo-  
res agitur, indefensum reum committat, defensurum parteis  
suas clancularia sectione arceat. Adeo enim hoc hominū genus  
obnoxium est formidini, adeo nihil audet palam: sed perinde  
atq; qui ex insidiis transuersi hostem inuadunt: ex abdito alicū  
de specu iaculatur, ut non sit qui contra, uel mittere telum, uel  
manu contendere poscit, hostisq; ignarus aduersarii, fraudisq;  
inſci⁹ pereat. Quod profecto minime fallax iudicium est, in ca-

Meticulo  
sos Caluni-  
atores.

Nihil nihil inesse ueri, nihil sani profsum. Nam, qui accusatur  
quispiā, sibi conscientia est ueri: procul dubio, & palam audet  
aduersariū incessere, corrigerē, purgantē crimē ferre. Ut in bel-  
lo, qui iusta acie uincere hostem palam potest, turpe ducit, astu  
& insidiū certare. At hoc genus homines in aulis regiis spectare  
plurimos datur, optimatū fauorē hisce artibus ambienteis, ubi  
sic licet & inuidia crebra, & uariae suspicione, & assentandi ci-  
minandī occasio multiplex in promptu est. Siquidem ibi quo  
plurib, plura spes ostentat, eo necesse est maiore inuidia, scui-  
otib, odiis, & mulatioē callidiore certari. Ille hic uideas licet, quā  
acres alter in alterū oculos defigat, qua cura obseruet, ueluti si  
gulari certamine congressus, si quid uspīam in alterius corpore  
forte fortuna mudum, aut male mutatū conspiciat, quod ferire  
feliciter possit. Ita studio cuiq; est, cū ipse primus esse capiat, ut  
proximū deuiciat, extubet, eouellat, procultet. Hic si quis est  
nix frugi, temere euertitur, illuditur, deniq; ignominiose exer-  
minatur. Contra, qui adsentandi paulo peritior est, & habilio-  
re ad mentiendū ingenio, probatur, superat. Sane omnino iux-  
ta Homerī Carmen est huius certaminis alca.

Vndiq; communi sauitur Marte, pariq;

Victusq; uictorq; cadunt fato..

Alium subinde alias, alia uia aggreditur, ut fere fieri solet, statim  
de magnis agitur commodis. sed per Calumnias iter est ut co-  
pendiariū, ita minime securum. Principia inuidia debent inter  
spemq; metumq; induciāti. Exitus nihil nō miserabile, Tragici,  
calamitosum, habet. Ceterq; Quadruplatoris ipsū quoq; studiū  
nequaq; facile est, simplex, quanquam ita fortasse uideatur,  
sed arte multiplici, solertia peculiari, indefessā deniq; & accu-  
rata diligētia opus habet. Neḡ enim noxia fuerit Calumnia, ni  
si in speciem similia uero narret, neḡ temere cunctariū alioqui re-  
rum DOMINAM VERITATEM superauerit, nisi auditore ar-

Qui uir qui argumentos a & probabili actione, in summa, mille modis fallat.  
defensi so- Porro defertur is plittūq;, qui honore quodā alios p̄fstat. nem-  
let.

per illis inuidiosus, qui spe illius frustrati sunt. Quo sit, ut omnibus  
telis affectetur seu obex, qui viam affequendam dignitatis aliis in-  
tercluserit. Seq; primos tum singuli fore confidunt, si sublimis  
isti loco demoliti sint, & ab amicis abalienarint. Tale quiddam  
in gymnico cursu fieri consuevit, ubi si quis est cursor ingenuus,  
statim ruptis carceribus primas affectans, & animus ad stadiis  
metas adiiciens, spe victorice robore suo cocepit, neq; sequen-  
ti incommodat, neq; otium laboris huiuscemodi sociis quidam struit  
temorae. Contra, qui maliciosus, imbellis, enervis contendit  
cursu cum aliis, desperatis viris, in fraudem intentus agitur,  
atque in uniuersum hoc unicunq; spectat, qua currentem occupet,  
impediat, ac intercludat. & non succedat astus, non est, ut ullo  
alio modo vincere possit. Haud aliter in ambiendis magnatibus  
amicis accidit, ubi si quis foeliciter anteuortit, in medias co-  
tinuo labitur insidias, & incautus ab armulis captus discerpitur.  
Hi deinde amari, coli, amici videri incipiunt, vel ob id unum, Probabilis  
q; bonis incommodeant. Iam ut probabilem & dignam fide ca- Calumnia  
lumniam faciant, noti quod fortuito casus ostendit prehensant, quo fiat.

sed in hoc toti sunt, ut accurato delectu obseruerit, ne quid ob-  
sonum, aut alienum, a causa fide incidat. Adeo rationes eius  
quem criminantur uniuersas, in peiorum partem trahunt, su-  
spectas reddunt, quo fidem addant accusationi. Medicū insimu-  
lant beneficium, Magnificū ciuenti affectatae Tyrannidis, Tyrannū  
proditionis. Interdum auditoris affectus, sua calumniis discrimina- Auditor ca-  
na suppeditat, cum quo si veteratores isti & nuguendi suas te- lūnia q; lis.  
chinas comparent, apte illuditur. Qz si auditorem zelotypum  
norint, annuit, inquiunt, ille uxori tuta inter epulas, & defix-  
is in eam oculis, alto suspuria pectora duxit. Vxor uicissim suaue  
quiddam & amatorium, alia item quae ad suspicione adulterii  
faciunt. Sin poeticā studiosus, ea sibi arte præter modū placeat,  
Philoxeno, aiunt, carmen tuū non probatur, hiulcū, lege so-  
lent censetur. ad religiosum, en ille de pietate, deq; diis ma-  
ke sentit, sacra detestatur, prouidentiā uniuersi gubernatrixem

pernegat. Tum auditor, ceu oestro in auriculam immisso/excl  
descit, ut pro re coniicere licet, amicū ab se impos animi te ip  
sa nondū contente cognita, missum facit. Talia fere sunt, quæ  
ab impuris istis configuntur, uidelicet ad irritandos apidient  
um animos, maxime accommoda. Tum, qua parte singuli pra  
stant, eam potissimū iaculis suis obnoxiam ii faciunt, ne quod  
auditor subita interturba<sup>r</sup> ira/ uero cognoscendo collocet oculū,  
deinde, se se purgaturo non fiat homini<sup>s</sup> copia, quæ criminis ad  
miratio sp̄eciesq; ueri occuparūt. Etenī dici nō potest, quā insti  
ta sit, quantūq; ualeat Calumniaz facies, si quando cū cupidita  
tibus auditoris cōflictatur. Quondā apud Ptolemazum: cui Di  
onysio cognomen fuit: quispiam Demetriū Platonicū accula  
uerat, q; in Bacchanalib, aquam biberet, solusq; omniū mulie  
brib, non uestiret, de quo, nisi accersitus ad regem mane pa  
lam uino libasset, & iniūta muliebri amicō ad numeros Dithy  
rambicos, Cymbalorumq; modos saliasset, plane actum erat,  
q; & regium exemplū non esset imitatus, & aspernaretur Di  
onysiorum molliciem. Apud Alexandrū grauissimi criministe  
us fiebat, qui colere & adorare Hephestionā nollet, nam postea  
quam is e uiuis excessit, amore uictus Alexander effuso animo  
ad reliquam funeris magnificētā additum uoluit, ut mortuus  
inter deos Hephestion haberetur. Continuo ei templa ciuitates  
plazeq; dicarunt, delubra cōdiderunt, aras, sacra, ferias NO  
VO DÉO sanxerunt. Ius iurandum omnium religiosissimū He  
phestionis nomine fuit. Capitale erat, si quis hac parte, vel cont  
raretur, uel neglectum coleret. Hic euiratus affectus, hæc uesania,  
fuit afflentatorib, occasioni, accendendi, inflammandi regi.  
Narrabantur insomnis, uise Hephestionis umbrae, prædicab  
tur illius responsa. deniq; arre & sacra dicata sunt FAMILIARI  
& malorū VINDICI deo. Pro iude, cū his Alexander iitio mire ob  
lectaretur, tandem ita captus est, ut fidem quoq; adhiberet, glo  
riareturq; q; nō modo Diis genit⁹ esset, sed deos quoq; ipse face  
ret. Quo tempore, quantū putamus amicoru Alexандri affixit

Alexicacos

Hephestionis diuinitas. Si quib, nō uideretur cōmune nūmen  
uenerari , accusabantur, deportabantur, gratia regia excidebāt.  
Tum Agathocles Samius, qui primos aliquādiu ordines apud  
Alexandrum duxerat, magnis item ab rege honorib , auctus,  
patum absuit, quin cum Leonibus cōmitteretur·criminatus , q  
illacrumasset præteriens Hephestionis sepulchrum. Verum Per-  
dīca hominē seruauit, deos omneis, ipsumq Hephestiona iura-  
tus , eum sibi in uenatione augusta specie, Deū clare uisum , mā  
dass̄e ut Alexandro diceret, parcendum esse Agathocli, qui non  
hoc lachrymasset, q, aut uana sibi Hephestiōis diuinitas uidere  
tur , aut mortem miseratus esset cōmunē, sed pristinæ consue-  
tudinis, & mutui amoris memoria, permotū esse. Sic igitur af-  
fecto Alejandro, locus assentationi & calumniæ aptissimus fuit.  
Nam perinde atq oppugnaturi urbes, non ,qua probe munitæ  
sunt, alto, præcipiti, ac solido incenium opere , hostes innadūt,  
sed ubi sentiunt quam minime defendi , muniri , muros acces-  
su faciles , collapsos , hac omnibus uitribus , certatim conten-  
dant, qua citra difficultatem irruere , ac potiri rebus queant.  
Ita qui criminandis aliis desudant, quod in auditoris animo  
languidum, fragile, facile subactu uident , in eam partem tra-  
ducunt coguntq machinas suas. demum, quando insultus ho-  
stiles nemo persentit, nedum non obnittitur , expugnant. Iam  
int̄a muros cuncta igni ferroq deuastant, excidunt, populan-  
tur· qualia uero simile est, capro, & in seruitutem redacto anio  
fieri. Arma sunt istis aduersum absentē, fallacia, mēdaciū, periū  
rū, supplitiū, impudētia· deniq innumeræ imposturæ ac mali-  
ciosæ cautiones. Omnia maxime præsens, & longe efficacissi-  
ma/assentatio , Calumniæ cognata , immo soror . quippe , ne-  
mo hominū tam generoso est pectore , etiam adamantino sep-  
tus muro , qui cū Calumniæ concedat, non idem assentatione  
vincatur. Hæc foris recti iudicii ceu fundamenta suffudit, ac sub-  
uit. Intus coniurati cum hostibus proditores , irruentes adiu-  
uant, manus porrigunt, portas aperiunt , & modis omnibus

Arma calū-  
niatoris.

**Philoceno** connituntur, ut auscultatore calumnia sibi sciam faciat. Sunt autem prodicatores, de quibus dico, Nouandi cupido, natura humanae ingenii consta. praesentis item fastidium, sequax eorum amamus quorum admiratione capit. Nescio enim qui fiat, ut omnes amore sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicionib[us] illeget. Quosdam equidem coperi studio calumniae adeo suruiter titillari auriculas, ut si pennis confrices. Proinde, talibus adiuti sociis Calumniatores cum irruerint, cuncta pro viribus euerunt. nec magno emitur uictoria, ubi nemo repugnat, rem uim tormentorum sustinet, aut iaculis iacula mutat, sed qui auscultat, ipse sese sponte sua in manus hostiū dedit. Interim ignarus insidiarum est qui accusatur. Nam haud aliter qui defenit, atque qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est in primis miserabile, nescius se reum haberi, neque cuiuslibet sceleris conscius, amico candide congreditur, familiariter appellat, facitque pro more, iam ante undique circumuentus insidiis miser. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber cōfidentia, frangit iram, et effundit animū, defensionem recipit, agnoscitque se furstra aduersus atnicum exacerbatū fuisse. Sin autē est indole serui, & male mascula, adit quidem, & summis arridet labris, uerum odit, & clanculū dentibus frendit, ac ut inquit Poeta: Extruit irā fundamēta. Quo ego homine profecto, nihil iniurias, nihil terrius existimo, qui admorso labro bilem intus alit, odiumque intra se conceptum auget, aliud in pectorē clausum, aliud in lingua expromptū habet. agitque lata & comica facie, tragediam meram, & nihil non triste patientem. Id ille maxime patitur, quom simili delator uerordia apud cum cui parat insidias, odium mussando dissimulavit, effecitque amicus ei uideretur. Tum enim ne uox quidem delatori, nedum nos defensio audiri solet. Tantum fidei calumniae facit/concepit de illogum amicitia opinio. Hic quanto latius erat perpendere inter amicissimos non raro clam aliis graueis simulatu cauiss intercedere. Sapientiū item, quorum sese genū calumniantur

fieri metuit, socium insimulat ut quom ante uorterit accusando, suspicione culpe accusamine elabatur. Atq[ue] ideo fere sit, ut quibus nos putent amicos tantum, inimicos nunq[ue] calumniamur. Nam actioni, quæ ipsa se se ferēs actoris odium, prodit, fidei nihil esse potest. Verū, quos uulgo amicos aestimat, aggredimur, cœn auscultatori specimen fidei nostræ daturi, ubi sua ipsius causa, cōmoda, salutēq[ue] familiarium amicorū, neglexisse uidemur. Est & genus aliorū, quibus tamēxi cōperitur falso timinatū apud se amicū, tamē cū credidisse pudet, neq[ue] aspiceret illū, neq[ue] in gratiā redire audent. Perinde ac ipsi iniuria sint affecti, q[uod] alienā iniuriā nō prospexerint. Proinde, multa sunt humanæ uitæ mala, ex eo q[uod] promisque ac sine discrimine calamus creditur. Quale est quod apud Poetam ait Antia.

Exemplis  
dilucidat.

Bellerophontem occide, aut Proete peribis

Qui mihi conatus præsigne auferre pudoris

Foeminei decus. Cum ipsa prior adulescentē ad concubitorum solicitasset, cōtemptra in hoc periculū induxit, ut cū Chimæra pugna congresso, parum abfuerit, quin uictrice bestia occumberet. Tanta poena luenda fuit castitas, pudorq[ue] iuuenilis, quæm hospiti coniūx adultera suspectū fecerat. Simile quiddā Phædra priuignum calumniata, effecit, ut filii caput pater Theseus exercatum belluis marinis deuoueret. Quanquā o superi, nihil prorsum deliquisset. At inquiet quispiam, an non dignus est sibi de nonnunquā uir, ceterū bonis morib[us], & recto ciuiliq[ue] iudicio præditus, qui alterum accusat? Non licet tali auscultemus, modo reliquias sibi malis artibus reperarit? Age inquā, est ne alius Aristida iustior, ille tamen aduersatus Themistocli, contra eum Populi animos exacuit, inuidia gloriæ popularis, ut in vita aiunt, uellicatus. Alias uir bonus Aristides, uerum homo erat, nec felle caruit, solebatq[ue] amare alios, alios odisse. Jam si uenit &, quod de Palamede fertur: Sapientissimus quidam Achiuogē ac ad res alias gerēdas accōmodus, inuidia flagrans, insidias pāsse fertur, cognato, amico ad hanc ciuilem belli socio. Adeo na-

Vide Plu-  
tar. in vita  
Themist.

**Peroratio.** tura hominū familiare est, hoc errore labi. Porro, quoniam attrahebat & Socraten recensere, insimulatum apud populā Atheniensem seditionis & impietatis? Quid Themistocle aut Miltiadē tot partis victoriis, suspicione prodigionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & uulgo iam pleraq; nō ignota. Quid igit faciet uir prudens in re ambigua & fane opinor, quod Homens in Syrenū fabula docet, pernicioſas talium sermonū delicias, ne uigio prætereat, obduret aures. nec paſſim aperiat aſſuetuſi cūpiam obnoxiiſi, ſed ianitore ſedulo ac fido adhibito, ratione uidelicet ac iudicio animi, recta dicētes reclusis foribus excipiat, inutiles nugas obdito pefſuolo arceat. Nēpe ridiculū fuerit, datum ædibus ianitorum/officio non defungi, aures mentēq; uulgo patere. Posteaq; ergo tale quiddā calumniarū audieris, tote apud animū tuū rem ipsam perpende, nihil attinet qualis sit q; accusat, nihil ad rem faciunt alieni mores, nihil accusationis acrimonia. Quin, eo maiore cura rem diſcute, quo iuſtrictio uenit delator. Neq; item credere cōuenit iudicio & exiſtimatiō alteri⁹, immo accusantis odio. ſed ſuſi uerti examen apud nos accurate ſeruandū eſt. ſuſe item calūniatoris inuidentiae partes dandæ deniq;, quod utrinq; argumēta ſuaderint, ſtatandum. Tū, uel odifſe, uel amare quē diligēter explorauim⁹, licet priuilegij id factū ſit, calūniæ cōcedere in primo statim cōgressu/hercle nimis quā puerile eſt / ac indignū uiro, longeq; a iuſticia ſemotū. At uero horū omniū cauſa, una eſt ignoratiā/rēneberg illæ, quib; ſuſe cuiusq; hominis rationes moresq; obuoluuntur. Iam, ſi deorū quiſpiā uitæ noſtræ lumen afferat, futurum eſt, ut euaneſcat calumniæ, fugiatq; in altum Barathrum, nec ulq; in humanis locum inueniat, reddita nobis luce omnium uitæ ſtudiorū, ueritatis beneficio.

telos.

Lipſiae, apud Melchiorem Lottherum · Anno a na-  
tali Christiano, Millesimo quingentesimo  
decimo octavo.